

reprehensibile totum verificari in parte, vt l. in roto, vbi Dec. ff. de reg. iur. & Cagn. ibi adeo non est reprehendendus Ias. si dixit, quod illa ru. habet orationem perfectam, & tamen pars ru. sit orationis perfectæ. \* Oze. & dato, quod illa rubr. habeat orationem perfectam, nihilominus per hoc nõ sequitur, quod decidat, quia posset esse, quod ru. haberet orationem perfectam, & esset concepta per dictionem an, quæ non decidit, sed format questionem, vt supra dictum fuit, ergo non sufficit, sola perfecta oratio ad dicendum, quod rub. decidat. \* Ben. sed Ias. potest excusari quia licet dicat simpliciter, quod perfecta oratio requiritur non se restringit, quod illa rãtum sufficiat, sed simpliciter dicit, quod requiritur perfecta oratio. ¶ sed dictum simpliciter debet intelligi secundum requisita in eo dicto arg. l. j. C. de sacrosan. eccle. ita credendum est esse intelligendum à Ias. suum dictum, præsertim cū hæc requisita ipse ponat. \* Ozer. Tamen melius fasset Ias. si respondisset ad illam rubricam, sic, quod illa decidit in hoc primo membro dum dicit, vt cum de appellatione cognoscitur, iudicatur secundum leges quæ sunt latæ tempore sententiæ: non autem secundum leges post sententiam sunt promulgatæ. \* Ben. vt dixi, scripti. \* Ozer. Hoc dictum principale Iaso. mihi non placet, quia imperfectè loquitur, nam ipse tantum loquitur de rubricis cõceptis per vt, per ne, & per an, de aliis innumerabilibus nullũ verbum facit. Item ad sunt rubricæ, quæ non sunt conceptæ per has dictiones, sed per alias vel sine dictione, vt est ru. quod quisque iuris, & rub. plus valere quod agitur. Item ru. de lib. & posth. hæredibus instituentis, vel ex hæredandis, cum similibus. \* Benin. Idem voluit Ripa in l. j. ff. si cer. per. vbi dixit, quod dantur rubri. ita conceptæ, & tamen non decidunt, nec habent orationem perfectam, vt est videre in ru. vt intra cert. tempus causæ criminales terminentur, ¶ sed certè puto Bal. & Iason. posse defendi qui non ponit distinctionem generalem, sed dicitur, quod rubricatum aliq. sunt, quæ habent orationem perfectam, & exemplificant in conceptis per has dictiones. ¶ adeo, quod non se restringunt ad eas tantum ceteras aliter conceptas excludendo, argu. l. damni infecti stipulatio. ff. de dam. infect. nec obstat, quod sit dare aliquam ru. conceptam per dictio. vt, quæ non decidat, quia non debemus attendere, quod semel accidit, sed frequenter. l. nã ad ea. ff. de leg. ¶ quia non credo, quod in iure Casateo, nec pontificio reperiatu aliqua rubrica ita concepta, quæ non decidat & nõ habeat orationem perfectam, ¶ Nec est verum, quod rub. quam allegat Ripa. non habeat orationem perfectam, & non decidat ex eo quod dicit, quod questio criminalis intra certũ tempus terminetur, & non exprimit, quantum sit istud certum tempus, quia respõdeo, quod per alias ll. & rubr. poterit declarari, sicut faciunt. ll. l. non nouum. ff. de leg. cum rubr. sit de textu, vt hic per doct. & in l. j. ff. si certũ peratur, ideo sicut text. per alterum declaratur, ita ru. per alias rubricas, vel text. & tamen illi text. per alios declarati non dicuntur cetera perfecta oratione & non decidere, vt expressè licet videre in l. j. & ij. eodẽ tit. vbi imperatores dicunt, quod causæ criminales expediantur intra certum tempus vel intra statutum tempus & non exprimitur, quale sit istud statutum tempus & nihilominus non possunt dici ille. ll. T. de action.

non decidere. & non habere orationem perfectam, quia esset contra textum. in l. cum Silleiano. C. de quib. vt ind. ¶ Sed qua ratione mouentur isti ad dicendum, quod rubrica concepta per dictionem ne. & per dictionem vt, omnes decidunt. \* Ozeri. quoniam per rubricas istas imponitur præceptum aut negatiuum, aut affirmatiuum, vt ex eis licet videre, sed legum præceptis stare oportet. l. non dubium. C. de legat. ergo, & c. \* Beninc. hæc ratio non est bona quia etiam quod lex non ponat præceptum, tamen dicitur decidere, vt est infinitos reperire text. argument. l. legis virtus. ff. de lega. & tamen omnibus est obtemperandum, vt est gloss. ibi. & est text. in l. prima. ff. de lega. vt latius alias dixi supra. \* Ozer. vel dicas, & fortè melius, quod ideo rubrica cõcepta per vt, vel ne, decidit, quia semper in ea adest inclusus fauor publicus, vel vtilitas publica, vel aliqua ratio naturalis, vel fauor religionis, vt cuiuslibet inuestiganti in his rubricis licebit reperire, vnde nõ mirũ si istæ rubricæ decidunt, nam propter prædictas rationes, receditur à regulis iuris communis, vt in bono publico, vt in l. prima. ff. de vscapionib. Item propter vtilitatem publicam, & fauorem religionis, vt l. vt inter diuinũ. C. de sacrosan. eccle. cum similibus, nec obstat, si quis diceret infinitæ sunt rubricæ, quæ includunt vnum ex istis, & tamen non decidunt, vt de neg. gest. de rein integr. cum similibus, quia respondeo, quod in prædictis rubricis vnum ex supra enumeratis non potest operari suam naturam, cum huiusmodi rubrica non sint patiens bene dispositum, ¶ & actus actiuorum non operatur, nisi in patiente bene disposito. l. prima. §. si quis quasi tutor. ff. de eo qui pro tut. & quod non sit patiens bene dispositum, sic probõ. Rubrica aliqua est significatina, aliqua materialis, secundum gloss. iam in rubrica ff. si quis testamento liber, & materialis dicitur, quando ponit materiam, & super ea disponit aliquid negatiuè vel affirmatiuè. Significatiua vero dicitur, quoties ponit materiam, & in ea nihil disponit, sed nihil aliud facit, nisi quod significat materiam, quæ in nigro tractatur. Talis enim rubrica quantumcunque fauorem publicum in se habeat, vel aliud ex supra dictis nihil decidit, & ille fauor publicus, vel simile nihil potest operari, quia rubrica est patiens non bene dispositum. ¶ 334\* Beninc. ¶ Sed hæc ratio mihi non satisfacit, quia infinitæ dantur rubricæ, quæ nullum ex istis recipiunt, & sunt conceptæ per dictionem vt decidentes, vt est videre in rubrica C. vt actiones ab hærede, & in hæredem, & in auc. vt fratrum filij cum similibus, & posito, quod omnes istæ rubricæ continerent vnum ex his, quod dixit Ozerius, & ista ratione deciderent, sequeretur, quod iure speciali deciderent. & non iure communi, sed Baldus & Iason. intelligunt de iure cõmuni. ¶ Nec credat iste attulisse aliquod noui, & pulchri ex eo quod dicit rubrica aliquas stare significatiuè, aliquas naturaliter, quoniam non est verum, quia nulla potest dari rubrica quæ non sit significatiuè quia rubrica nihil aliud est quàm signum, significans id quod in nigro continetur vt supra latius diximus, & Doctores in lege prima, ff. si certum peratur. Non obstat gloss. in rubrica, ff. si quis testamento, quia illa glossa noluit intelligere quod sit dare rubricam materialiter, absque eo quod, non significet, & intel-